

In diébus illis:
Orávit Sálomon in templo dicens:

⁴¹ **A**lienígena,
qui non est de pópulo tuo Israel,
cum vénerit de terra longínqua propter nomen tuum
⁴² — audiétur enim nomen tuum magnum
et manus tua fortis
et bráchium tuum exténtum ubíque —
cum vénerit ergo et oráverit in hoc loco,
⁴³ tu exáudies in cælo in loco habitatiónis tuæ
et fácies ómnia, pro quibus invocáverit te alienígena,
ut sciant univérsti pópuli terrárum nomen tuum
et tímeant te, sicut pópulus tuus Israel,
et probent quia nomen tuum invocátum est
super domum hanc, quam ædificávi.

Verbum Dómini.